

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

2. De vtilitate votorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

stiam emēdicare. Ratione castitatis, virginitatem seruare intactam, nec ulli turpi cogitationi locū dare, nedum verbis, aut factis. Ratione obedientiae non solam voluntatem, sed etiam iudicium in parendo superioribus quibus liber in quauis re submittere. Talis enim obedientia gratiore est Deo omnibus victimis, & holocaustis.

M E D I T A T I O II.

De utilitate Votorum.

CONSIDER A, sicut arbor, quo altius humi radices fixerit, & vitis quo rectius stipiti alligata est, hoc meliores producere fructus, sic voluntatē humanam quo plus firmata fuerit in bono, hoc præstantiora opera producere. Vota autem voluntatē in bono opere imprimis reddunt firmorem, ac proinde & opera eius sunt Deo gratioria, & amplioris præmij meritoria haud secus quam opus paruum à voluntate perversa & obstinata profectum, detestabilius est aliis malis operibus & grauioris pœna meritorium. Secundò perpende etiamsi religiosus per vota sibi imponat necessitatem seruandi castitatem, & alia, non tamen ideo tollere sibi libertatem & meritum, quia illa necessitas,

LI 4

non

non à natura, sed à voluntaria promissione profecta est: & ideo D. Augustinus vocat illam necessitatem felicem, quæ ad meliora compellat facit enim opus voluntatis perfectius & magis meritorum. Angeli siquidem natura sunt libiores homine, & tamen eo beatiores sunt, quo minus possunt vel ad momentum faciem suam à diuinæ maiestatis conspectu auertere.

Considera, procul dubio homini utilissimum fore, si Domino uniuersitatis arctissimè esset coniunctus, atqui religiosus per votorum vincula arctissimè alligatur Christo, ac proinde & Christus vicissim ipsi. Qui

a. Cor.

autem adharet Deo, unus spiritus est, inquit

6. Apostolus, si autem unus spiritus est, quomodo non est particeps donorum beneficiorumq; eius spiritualium: an potest aliquis os appositum habere fonte & non bibere manus igni ad mouere, & non calcari. 2. perpende cum per vota nostotos Deo dedicemus, & à Deo possideri incipiamus fierique filij Dei & heredes Christi, fieri non posse, quin nobis benefaciat, cum nostram nobis, quam sibi hoc beneficium debeat.

3. Considera, bona omnia opera ex voto facta plus mereri apud Dominum Deum

quam



DE

issione
ocat il-
neliora
tis per-
li siqui-
, & ta-
possumt
diuinæ
i utilis-
arctil-
osus per
r Chri-
p si. Qui
, inquit
st, quo-
benesi-
test ali-
non bi-
calefie-
os Deo
piamus
, fieri
cum nō
um de-
ex voto
Deum
quam

VOTIS RELIGIOSORVM. 537

quam quæ non sunt ex voto facta. 1. quia sunt ex affectione maiori: maior enim est affectio eius, qui ita quipiam vult, ut sibi fas nō sit aliud velle, quam eiusqui vult tantum aliud, sic tamen ut liceat contrarium. 2. quia ex duplice virtute procedunt, qui enim amore Dei seruat castitatem, vñā tantū exercet virtutem, nempe continentiam: qui vero seruat castitatem ex voto, exercet duas continentiam & religionem 3, quisquis vouet, vel vouet, ut emittat votum & obliget se Deo, vel ut postea teneatur reddere quod voulit, ratione vtriusque autem maximū sequitur meritum. Primi quidem quia maxime voluntaria est actio: sic enim vult, ut nō possit revocare ipsum velle Secundi vero, quia velle reddere est actus latræ, qui est actus nobilissimus.

M E D I T A T I O III.

De præstantia Paupertatis Religioꝝ

CONSIDERA, paupertatem Euangeli-^{1.}
cam, qua religiosus diuitias omnes i-
psosque auri montes quasi stercora, ut ait
Paulus abominatur, idq; propter Dei a-
morem, spemque vitæ æternæ, omnibus
L 1 s virtu-

